

HENRICI

BOCERI

JCti

TRACTATUS

De Regalibus;

IN QVO NON SO-

LVM IPSA REGALIVM

genera, & species dilucidè explicantur, sed & Qua-

stiones perquam multa graves, insignes, usque fre-

quentes, huic juris nostri argumento ac-

commodata diligenter expe-

diuntur.

Elenchus Questionum,

QUÆ HOC TRACTATU

proponuntur, & excutiuntur, Epistolæ dedi-

catorix sub junctus est.



T V B I N G A E,

Typis & Impensis CELLIANI

ANNO M. DC. VIII.



I M A G O,
NOBILIS ET CONSULTISS. VIRI,
DOMINI HENRICI BOCERI, V. L. D.
Inclita in Academia Tubingensi Antecessoris, &c.



Quod MANIBUS DIVES, tua publica scripta loquuntur:
PASCIS CORBAREM, In iudicæq; Schole.



ILLVSTRISSIMO

Principi, ac Domino,

DN. IOHANNI


FRIDERICO, DUCI

WÜRTTEMBERGENSI, ET

Teccensi, Comiti Montisbelgardenfi, Domi-

no in Heidenheim, &c. Domino


suo clementissimo.



RIA SUNT MAXIME
jura, Princeps Ma-
xime, Illustrissime,
Clementissime, quo-
rum amplitudo in-
ter cetera eminet: jus regale, ju-
risdictio, & feudum.

Regale jus, ut vel ipse vocis so-
nus haud obscure arguit, non est
hominis obscuri, sed cum primis
ad eum pertinet, qui gloriosa co-

); (2 ruscat



Caput I.

Quid sint Regalia, & quæ eorum notatio.

S V M M A R I A.

- 1 **D**efinitio Regalium, à genere, proprio subiecto, fine, & adjuncto. Genus exprimitur voce, *Imra*. Proprium subiectum regalium est Imperator Romanus. Finis ipsorum est, quod in signum supremæ eminentiæ, & Imperii utilitatem tributa sunt Imperatori. Adjunctum regalium est, quod ab Imperatore concedi etiam possunt aliis
- 2 Explicatio definitionis regalium. Vbi differentia ostenditur inter *superioritatem, summam potestatem, maiestatem, sive auctoritatem* Imperatoris & regalia.
- 3 Ostenditur, quod regalia Imperatori sint propria.
- 4 Regalia Imperatori propria sunt cum possessione, tum concessione.
- 5 Alii Principes Imperatore inferiores possident quidem regalia, at non proprio jure, sed beneficio alieno, puta Imperatoris.
- 6 Iurisdictionem habent alii suo proprio jure, alii beneficio alieno.
- 7 Reges quoque gentium aliarum, non recognoscetes Imperatorem tanquam superiorem, sua quoque habent regalia.
- 8 Generalis definitio regalium, qua comprehenduntur regalia cuiusque gentis Principi competentia.
- 9 Quæstio, an Pontifici Romano regalia competant.
- 10 Ostenditur, regalia Imperatori in signum supremæ eminentiæ esse tributa.
- 11 Declaratur, quod regalia in Imperii utilitatem tributa sint Imperatori.